

generali hortatur eos, ut sive manducant, sive bibant, sive quid aliud faciant; omnia propter Dei gloriam faciant: et in omnibus caveant, ne ledatur honor Dei, et offendatur proximus, sive Judeus, sive gentilis, sive christianus. *Omnia propter semetipsum operatus est Doxius*: ergo et nos omnia propter illum facere debemus. Omnia vero a Deo procedunt: ergo ad eum referenda; per amorem omnia nobis donat: per amorem omnia ei reddenda.

**Vers. 52.** — *SINE OFFENSIONE ESTOTE...* Né quemquam offendatis; à vobis nulla oriarum causa offendit, scandali; sive Judeus, qui düm christianos vident idololothytia comedentes, dicunt: Ecce quomodo christiani inum Deum colunt.

Sive Greci, id est, infidelibus, qui dicebant: Hoc scilicet ut talia sint, ex quibus glorificari possit Deus, nemo offendit, nec Dei gloria iudei, sed potius omnis adificari, et consequenter Dei gloria celebrari et propagari.

**Vers. 52.** — *Sine offensione estate Judeis, etc.* Tales, inquit, vos gerite, ut nullum prebeat offendiculum neque Judeis, neque gentilium, neque Ecclesia Dei. Judeos et gentiles recte plerique restrinxunt ad eos qui foris sunt, id est, infideles, et Ecclesia

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notandam, et ad primum redigenda.*

**1<sup>o</sup>** Ex primis hujus capituli versibus discamus omnes quanto cum tremore salutem nostram debeamus operari; hac in re de nullo nobis unquam blandendum; cum etiam ab ipsa Dei dona nobis sit metundum. Quantis, et quam portentosis beneficiis à Deo praeventi fuerunt Israelitae? et tamen in quā paucissimis deorum Deo beneficium est? Et sexcenti millibus duotantum in terram promissionum sunt ingressi. Hujus exempli, verè terribilis, memor freme: et cō pro fundis humiliare sub omnipotenti manū Dei, quod majoribus ab eo preventius es gratis. Ut autem hoc Israelitarum exemplum in te sit efficacius, tu temetipsum in ipsius intre, quandoquidem ipsi revererantur tui figure, Israel carnalis de Egypto exiens, et per mare Rubrum transiens, etc., spiritualis Israeli erat figura, v. 11. Beneficiū carnali Israeli collata, figurabant beneficia christiani conferenda, v. 4. Israelitarum ingratisatio, nostra fuit ingratitudinis umbra, v. 5. Temporalis Iudaeorum punio, nostra puritatis aeternae typus, et ratus delineatio, v. 5. Haec omnia sigillata perpende: et alieno sapienti exemplo, vita fuge ob quā Israelitē terrā promissa sunt privati, v. 6, 7, 8, 9, 10, 11.

**2<sup>o</sup>** Ex v. 16 et 17, discamus ad fidē nostrā confirmationem, que fuerit Apostoli nostri fides circa sanctissimam Eucharistiam. Ita certò credebat illam esse

**CAPUT XI.**

1. Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.
2. Laudo autem vos, fratres, quod per omnia metem estis; et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.

3. Volo autem vos scire quod omnis viri caput

cām faciant christiani, ergo nihil mali putant esse in idolatria. Sive christians infirmis, qui scandalizantur, et urgentibus malis, ob hoc facili deficit, idolis sacrificantes, aut idolothytia in iliorum honorem comedentes.

**Vers. 53.** — *SICUT ET EGO PER OMNIA...* Seipsum dat exemplum, imò exemplum Christi, cuius Paulus imitatorem se probavit, studens nullum offendere, omnes adficari; non quae sua sunt, querere, sed aeternam aliorum salutem commodis suis prelerne, Divus Chrysostomus hic resumit omnes causas, ob quas ab idolothytis abstinentiam esse dixit Apostolus. Quia id inutile, et supervacuum, propter damnum fratris, propter Judei blasphemiam, propter Graci maledicentiam, quia ea res sit quidam cultus idolorum.

siam nondum ingressos. Nam de fidelibus est tertium membrum, et *Ecclesiæ Dei*.

**Vers. 53.** — *Sicut et ego per omnia omnibus placebo* (id est, placere conor et satago), ut omnes adficari, neminem offendam et scandalizam, non querens quod nisi uide est, etc.: Greci, non querens meum ipsius commodum, id est, utilitatem, sed mulierum. Id enim argumentum est charitatis, que non querit quae sua sunt.

sacrificium, ut hanc veritatem assumat tanquam indubitatem sui ratioinī principium. Apud nos christianos, inquit Apostolus, conestio panis eucharistici, et potatio calicis sacri, est uno et communicatio cum corpore et sanguine Christi sacrificatis. Apud Iudeos conestio victimarum est communicatio cum oblatō sacrifici. Ergo pariter conestio idolothytorum est communicatio cum dæmoniis, et idolatria. In hoc ratioinio, vel supponitur ubique sacrificium, apud christianos scilicet, Judeos et paganos; vel nulla erit paritas, siue quod blasphemum cogitat, nulla ratioinatio. Credamus itaque cum Apostolo sanctissimam Eucharistiam sacrificium esse, et quidem incircum: at sacrificium eruentum, seu in cruce peractum, nobis applicans.

**PRAXIS APOSTOLICA.**

Eucharistia communicatio est corporis Domini pro nobis crucifixi; communicatio est sanguinis Domini pro nobis effusii. Ad eam itaque accedens, recordare Christi Domini, in cruce pro te mortui; ipsi pro tali gratia age; ama tantum, et tam benevolent Redemptorem; inde copiosam redempcionem, eamque fac tibi propriam; offer illam in peccatorum iuxtam remissionem: spera, quiesce in Iesu crucifixo, Salvatore tuo. Vide v. 16, 17, 18.

**CHAPITRE XI.**

1. Soyez mes imitateurs comme je le suis moi-même de Jésus-Christ.
2. Je vous lave, mes frères, de ce que vous vous souvenez de moi en toutes choses, et de ce que vous gardez les traditions et les préceptes que je vous ai donnés.
3. Mais je veux que vous sachiez que Jésus-Christ

Christus est; caput autem mulieris, vir; caput vero Christi, Deus.

4. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, detur pat caput suum.

5. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, detur pat caput suum: unum enim est ac si decalvetur.

6. Nam si non velatur mulier, tondeatur: si vero turpe est mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput suum.

7. Vir quidem non debet velare caput suum; quoniam imago et gloria Dei est, mulier autem gloria viri est.

8. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.

9. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

10. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos.

11. Veritatem, neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Domino.

12. Nam siue mulier de viro, ita et vir per mulierem: omnia autem ex Deo.

13. Vos ipsi judicate: decet mulierem non velatam orare Deum?

14. Neque ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutrati, ignominia est illi;

15. Mulier verò si comam nutrati, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ci dati sunt?

16. Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

17. Hoc autem precipio, non laudans, quod non in melius, sed in deteriori, convenientis.

18. Primum quidem convenientibus vobis in ecclesiis, audio scissuras esse inter vos, et ex parte credo.

19. Nam oportet et hereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

20. Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est dominicanum cenant manducare.

21. Unusquisque enim suam conam præsumit ad manducandum; et alius quidem esurit, alius autem chridius est.

22. Numquid domos non habetis ad manducandum et libendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hōne laudo.

23. Ego enim accepi à Domino quod et tradi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem,

24. Et gratias agens fregit, et dixit: Accipite, et manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur; hoc facite in meam commemorationem.

25. Similiter et calicem, postquam conavat, dicens: Ilic calix novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescumque libetis, in meam commemorationem.

26. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc,

S. S. XXIV.

est le chef de tout homme; que l'homme est le chef de la femme, et que Dieu est le chef de Jésus-Christ.

4. Et tout homme qui prie ou qui prophétise, ayant la tête couverte déshonneur sa tête;

5. Mais toute femme qui prie ou qui prophétise n'hayant point la tête couverte d'un voile, déshonneur sa tête, car c'est comme si elle était rasée;

6. Parce que si une femme ne se voile point la tête, elle devrait donc aussi avoir les cheveux coupés; mais s'il est honteux à une femme d'avoir les cheveux coupés ou d'être rasée, qu'elle se voile la tête.

7. Pour ce qui est de l'homme, il ne doit point se couvrir la tête, parce qu'il est l'image et la gloire de Dieu, au lieu que la femme est la gloire de l'homme.

8. Car l'homme n'a point été tiré de la femme, mais la femme a été tirée de l'homme.

9. Et l'homme n'a pas été créé pour la femme, mais la femme pour l'homme.

10. C'est pourquoi la femme doit porter sur sa tête cette marque de la puissance que l'homme a sur elle à cause des anges.

11. Toutefois l'homme n'est point sans la femme, ni la femme sans l'homme en notre Seigneur.

12. Car comme la femme a été tirée de l'homme, aussi l'homme naît de la femme, et l'un et l'autre viennent de Dieu.

13. Jugez-en vous-mêmes: est-il décent à une femme de prier Dieu sans avoir un voile sur sa tête?

14. La nature même ne nous enseigne-t-elle pas qu'il serait honteux à un homme de laisser croître ses cheveux;

15. Et qu'il est au contraire honorable à une femme de les laisser croître, parce qu'ils lui ont été donnés comme un voile qui doit la couvrir?

16. Si quelqu'un aime à contester, pour nous, ce n'est point la notre coutume, ni celle de l'Eglise de Dieu.

17. Je ne puis vous louer en une chose que je vais vous dire, qui est que vous vous conduisez de telle sorte dans vos assemblées qu'elles vous nuisent au lieu de vous servir.

18. Car premièrement j'apprends que, lorsque vous vous assembliez dans l'Eglise, il y a des partialités parmi vous, et je le crois en partie;

19. Parce qu'il faut que y ait même des hérésies, auquel on découvre par la ceux d'entre vous qui ont une vertu éprouvée.

20. Lors donc que vous vous assembliez comme vous faites, ce n'est plus manger la cène du Seigneur.

21. Car chacun se hâte de manger son souper en particulier, sans attendre les autres: ainsi les uns n'ont rien à manger pendant que les autres font des excès.

22. N'avez-vous pas vos maisons pour y boire et y manger? ou méprisez-vous l'Eglise de Dieu? Venez-vous faire honte à ceux qui sont pauvres? Que vous dirai-je sur cela? vous en louerai-je! Non certes, je ne vous en loue point.

23. Car c'est du Seigneur que j'ai appris ce que je vous ai enseigné, qui est que le Seigneur Jésus, la nuit même qu'il devait être livré, prit du pain:

24. Et ayant rendu grâces, rompit ce pain et dit: Prenez et mangez, ceci est mon corps, qui sera livré pour vous: faites ceci en mémoire de moi.

25. Il prit de même le calice après avoir soupié, en disant: Ce calice est la nouvelle alliance en mon sang: faites ceci en mémoire de moi toutes les fois que vous le boirez.

26. Car toutes les fois que vous mangerez ce pain,

(Dix-huit.)

et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.

27. Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel hiberit calicem Domini indigni, reus erit corporis et sanguinis Domini.

28. Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat, et de calice bibat.

29. Qui enim manducat et bibit indigni, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini.

30. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi.

31. Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur.

32. Dum judicatur autem, a Domino corripitur, ut non cum hoc mundo damnetur.

33. Itaque, fratres mei, cum convenitis ad manducandum, invicem expectate.

34. Si quis esurit, domi manducet: ut non in iudicium conveniatis. Cetera autem, cum venierit, disponam.

## ANALYSIS.

*In hoc capite tria reformat mala, que in publicis Corinthiorum concubitis irreparant. 1<sup>a</sup> Contra decorum, viri operto capite, mulieres apero, orabant et prophetauerunt. 2<sup>a</sup> Diitores in Ecclesiâ particuliari sibi parabant messas, ubi epulabantur tanè, pauperibus interim cœdientibus. 3<sup>a</sup> Multi indigni ad sanctissimam Eucharistiam accedebant. Horum defectum correctioni viam parat Apostolus, brevi Corinthiorum laude, v. 2 contenta.*

3. Ut primus aggrediat reformationem, stabilit pro fundamento, quod sicut Christus est omnis viri caput et Dominus; ita vir mulieris est caput: Deus autem omnis superioritas fons. Hinc v. 4 inferit quod omnis vir orans publicè, vel prophetans, debet esse apero capite; quod signum est libertatis et superioritatis.

4. E contra omnis mulier operto capite sit: quod subiectio est signum. Verso 6. Tunc est mulieri aperto capite orare: quia idem est ut si esset rasa: hoc probosum, ergo et alterum.

5. Transit ad indigne communionis enormitatem, quam ex superioribus inferit.

6. Ut hoc examen fiat attentius, ponam indigne communionis denuntiat, scilicet condemnationem.

7. Ut tangat sensibilius, hujus iudici executionem animadverbit in eorum pluribus infirmis et mortuis.

8. Docet modum vitandi hoc Dei iudicium.

9. Solatur eos ob predictas temporales penas.

10. Redit ad Agapæ, à quibus ad communionem deflexi: et eorum abusus corrigitur: statutus quid in eis sit agendum, de ceteris dispositurus, cum ad eos veniret.

## PARAPHRASIS.

1. Mei, apostoli vestri, imitatores estote, siue et ego Christi Domini sum imitator.

2. Laudo autem vos, fratres mei, quod per omnia mei memoris stit, et que vobis observanda tradi, opere compleatis.

3. Sed præterea vos scire velim, quod omnis vir exponit ac superior est Christus; mulieris autem caput ac superior est vir: fons vero omnis superioritas est Deus; qui etiam Christi Domini, ut hominis, Dominus ac superior est.

4. Hinc omnis vir orans publicè, vel prophetiam legens et explicans, seu revelationes Dei populo exponeas, velato capite, quod signum subiectio est; sibimetipsi facit injuriam, quia liber et dominus est.

5. E contra omnis mulier publicè orans aut prophetans, capite non velato, sibimetipsi facit injuriam; quia perinde est ac si decalvata ac rasa videatur.

6. (Capitulum longius et copiosius mulieri datum est, quasi naturale velamen, quod eam doceat sede pro modestia velare:) si ergo velamen illud abjet,

et que vobis hoirez ce calice, vous annoncerez la mort du Seigneur, jusqu'à ce qu'il vienne.

27. C'est pourquoi quiconque mangera ce pain ou boira le calice du Seigneur indignement sera coupable de la profanation du corps et du sang du Seigneur.

28. Que l'homme donc s'éprouve lui-même, et qu'il mange ainsi de ce pain, et qu'il boive de ce calice.

29. Car quiconque mange ce pain et boit ce calice indignement mange et boit sa propre condamnation, ne faisant pas le discernement qu'il doit du corps du Seigneur.

30. C'est pour cette raison qu'il y a parmi vous beaucoup de malades et de languissants, et que plusieurs dorment du sommeil de la mort.

31. Que si nous nous jugeons nous-mêmes, nous ne serions pas jugés de Dieu.

32. Mais lorsque nous sommes jugés de la sorte, c'est le Seigneur qui nous châtie, afin que nous ne soyons pas condamnés avec le monde.

33. Et ainsi, mes frères, lorsque vous vous assemblez pour ces repas, attendez-vous les uns les autres.

34. Et si quelqu'un est pressé de manger, qu'il mange chez lui, afin que vous ne vous assembliez pas à votre condamnation. Je réglerai les autres choses lorsque je serai venu chez vous.

quod modestia suggestit; abjectat et illud quod natura dedit: si vero mulieri dedecorum est radi ac tonderi; velamen ergo non abjectat.

7. Praeterea vir est gloriosa imago Dei, et suo in alias creaturas imperio, divine Majestatis effulgentia: ergo velari non debet; non tantum, quia sue prejucidae preminentur; sed etiam quia non est occultanda, immo manifestanda gloria Dei. Mulier vero est viri gloria: ergo velari debet.

8. Quod si gloria viri, pater ex Genesi, ubi mulier ex viro facta videtur; non autem vir factus ex muliere.

9. Pater et ex eo quod ibidem dicitur mulier facta, ut esset viro in adjutorium, sieque propter eum; non vero vir propter mulierem factus: mulier ergo, cum sit ex viro et propter virum, est gloria viri. Vide commentarium.

10. Illi debet supra caput suum habere velamen, quod signum est vir potestis in illam, et sua viro subjectionis; maximè in Ecclesiâ propter angelos, qui nostris orationibus presunt et cœtibus adsunt.

11. Ne tamen ob ea quæ dixi, vir effarer, aut mulier sibi displicet: sed pacifice, et cum amore mutuo vivant, quia, Deo sic volente, neque vir sine muliere nascitur, neque mulier sine viro, sed unus ab altero dependet.

12. Sic enim mulier olim ex viro prodit; ita et vir nunc ex muliere nascitur; et hoc à Deo, rerum vices sic ordinante.

13. Post atlatas à me rationes, vos ipsi nunc judicate, an deinceps mulierem non velatam publicis in cœtibus orare Deum.

14. Nonne ipsum nature dictamen docet vos, quod viro probrosum sit, si, feminarum more, comam nutrit.

15. E contra vero mulieri deus accedit, si sit comata; quia capillatum longius et copiosius ei datum est, quasi naturale velamen.

16. Quod si quis tamen contra haec à me dicta contendat; nolum contra hujusmodi virum rixari: modo sciat, nec nostrum esse morem, nec Ecclesiârū consuetudinem: et haec pro istis sufficiat.

17. In hoc autem quod nunc annuntio vobis, non laudo vos; non laudo, inquam, quod non in melius, sed in peius procedunt cœtus vestri.

18. Primo, contra finem conventum, qui ad maiorem autorum unionem instituti sunt; audio quod cōm in Ecclesiâ convenientis, scissura sunt et dissidia inter vos, et hoc saltem ex parte credo.

19. Quidni enim credam inter vos esse circa mores dissidia; cum sciam et inter vos futuras esse, circa fidei dogmata heresies; ut qui fidiles sunt et probi, fiant omnibus manifesti.

20. Vos ergo, cūm sic dissidentes, in Ecclesiâ convenientis; sanè dominicam cœnam non celebratis, sed quid ei contrarium.

21. Dominica enim cœna omnibus, etiam Judei preditori, communis fuit: unusquisque autem ve-

strum suum propriam cœnam anticipat, non expectatis alii; unde fit, ut alius esuriat, dum alius plus quam satis manducavit et bibit.

22. Si sic vestri soli vultus comedere, et vos ingurgitare; cur id domi non facitis, ubi minori cum peccato id ageretis? An ergo sanctorum congregatiōnē vilpenditis, hanc in eorum conspectu, et in loco sancto perpetrantes? An pudore vultis suffundere pauperes, qui, quia nihil habent, nihil attulerunt? Quid dicam vos habeas facientibus? Laudabo vos? sanè nec laudo, nec laudabo. Laudavi supra, v. 2, quia traditionum observatores: hic autem non laudo, quia traditionum sic oblitus estis, ut et scripto cogar vobis tradere quod verbo docui.

23. Ego igitur acceperi, non ab hominibus, sed ab ipso Domino, hoc ipsum quod vivâ voce tradidi vobis. Scilicet, quod in ea ipsa nocte, quâ tradiebatur ad mortem, Dominus Jesus accepit panem in manibus.

24. Et, Deo Patri gratias agens, fregit in duodecim partes, et distribuens dixit: Accipite et manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis ad mortem tradetur: hoc ipsum, quod nunc ago, id vos et vestri successors, facite in mei memoriam.

25. Similiter et calicem accepit in manibus, postquam cenavit, dicens: Hic calix, sex contentum in hoc calice, novum Testamentum est, sex novi fœderis instrumentum authenticum, in sanguine meo, hic inclusio, consignatum. Ille quod ego feci, vos facite, idque in mei memoriam. Ex relatâ institutione, et ex fine institutionis per Christum indicato, videtis quod hoc Sacramentum sit dominice passionis memoriae.

26. Quotiescumque ergo hunc panem sacrum cœdeditis, et calicem Domini bibitis, mortem Domini annuntiare debetis, donec ad iudicium veniat. Hoc quantum abstis à dominica cœna! Hinc et discite indigne communionis enormitatem, cum hoc mystérie sint mortis Domini representatio.

27. Ergo quicumque manducat, vel bibit ea indigne, reus est mortis Christi, parque crimen facit, ac si corpus Christi crucifigret, ejusque sanguinem fundaret.

28. Né tanti criminis quis reus sit, unusquisque semetipsum probet, suamque conscientiam studiosè scrutetur: et sic probatus et preparatus, corpus Domini manducet, et sanguinem bibat.

29. Etenim illa indigne edendo et bibendo, damnationem in se accersit, propterea quod corpus Domini non discernit à pane communio.

30. Propter hanc causam multi vestrum languent, et agrotant, et immaturâ morte moriuntur.

31. Quod si nosmetipsos probaremus, examine previo, et peccatorum expiatione, sanè non sic puniremur.

32. Düm sic tamen punimus, hac castigatione eradicimus sicut pueri; ut emendati, non damnemur cum indelibus.

33. Quapropter, fratres mei, cūm ad dominum

cam conam manducandam convenit; ut verè sit dominica et communis omnibus, vos invicem exceptate.

34. Quod si quis esuriat, nec possit jejunus ex-

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — IMITATORES MEI ESTO... Hæc verba secundum sensum pertinent ad precedens caput. Versus 53 dixi quod per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi uile est..., et in hoc Christum Dominum imitor, qui sua commoda non quæsiuit, sed nostram salutem.

Mihi ergo, apostoli vestri, *imitatores estote*, sicut et ego CARISTI Domini imitor sum, qui scis nobis affirmis, per omnia accommodavit, ut nos faceret salvos; ita et vos fratrum vestrorum salutem, etiam cum vestrarum utilitatum prejudicio, querere. Christus Filius Dei pro nostra salute est colis in terram descendit, per triginta tres annos laboravit, sudavit, tandem crucifixi dignatus est: et hoc sit omnium prelatorum exemplar; hinc animarum zelum imitatur, et dein subditus suis dicit: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi*. Solidè notat D. Thomas, quod noster Apostolus non dicat simpliciter: *Imitatores mei estote*, sed addit, *sicut et ego Christi*. Quia subdit, inquit, prælatos suos imitari non debent in omnibus, sed in quibus illi Christum imitantur, qui est indeficere sanctitatis exemplar. Quod ut melius intelligas, sequere divum Thomam, qui sublimiter et angelice Jesum Christum, Filium Dei, in diverso statu considerat, at semper et ubique exemplar. Ut Verbum Dei, et primordiale principium totius processions rerum, per quod omnia facta sunt; est primordiale exemplar, quod omnes creature imitantur, tanquam veram et perfectam imaginem Patris. Unde dicunt Coloss. 1: *Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creatura; quia in ipso condita sunt universa*. Ut Filius Dei, in splendoribus sanctorum genitus, ex utero ante luciferum; seu ut genitus est ante omnem creaturam, per gratiam lucientem, habens exemplariter in se splendores omnium sautorum: ut sic speciali modo est exemplar specialium gratiarum, quibus spirituales creature illustrantur. Et quia hoc exemplar erat à nobis valde remotum, idem homo fieri voluit, ut hominibus humana exemplar preberet. Hoc exemplar prelatis Ecclesiæ, ut superioribus, principaliiter imitandum proponitur. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum, etc.*, Joan. 15. Secundario verò ipsi prelati, exemplo Christi informati, proponuntur exemplar vite subditi: *Forma facti gregis*, 1 Petr. ultimo. *Ut nosmetipso formam daremus, etc.*, 2 Thess. 3; hic: *Imitatores mei estote*, etc. Felicem illum pastorem,

VERS. 4. — *Sicut et ego Christi*, scilicet imitatorum; nominatum in eo dixi me per omnia omnibus placere. Nam et Christus non sibi placuit, Rom. 15, sed dedit redēptionem semetipsum pro omnibus, 1 Tim. 2.

VERS. 2. — *Laudo autem vos, fratres, quod per omnia mei memoris estis*. Omnia vero intellige doctrinam, præcepta, traditiones.

*Et scit tradidi vobis, præcepta mea tenitis*; ut sen-

pectare, domi sua comedat, ne conventus vestri venturant in occasione damnationis, ob gulam et ebrietatem, etc. De ceteris, ubi venero, prescribam.

qui Christi sanctitatem indutus, verè dicere potest: *Imitatores mei estote!* etc. Felicem illum gregem, cui Christi Domini sanctitatem, in suo pastore, exemplar intueri licet!

VERS. 2. — LAUDO AUTEM VOS... Transit ad reformationes, de quibus in analysi: et pro suo more, hæc brevi laude, Corintiorum benevolentiam prius occupat, ut correctionis diuturnis tantisper emolliat.

LAUDO vos, inquit, quod per OMNIA MEI MEMORES SITIS. Vide paraphras. Hæc laus de bonis et perfectioribus, quales erant multi, intelligenda; sic autem cordiales laudat, ut et alios hæc laude provocet ad traditionum observantiam. Hic notant sancti Patres, Chrysostomus et alii, quod multa sine scripto tradiderint apostoli, et que tamet erant necessariæ tenenda.

VERS. 3. — VOLO AUTEM VOS SCIRE...

## Notanda ad intelligentiam.

Primum aggreditur reformationem, scilicet de velandis mulieribus in publicis convenientibus. Pro quæ notandum 4° quod valde vero simile sit, quod cordates Corintii quesierunt à D. Paulo, ut statueret de modo orationis publicæ in templo; aperto, an coperto capite. A capite enim septimo agit de his, de quibus ad eum scriperunt. 2° Mirum non debere videri si contra pudorem, mulieres Corinthiae, aperto vultu et capite loquerentur in templo.

CORINTIUS, ut jam dictum est, civitas erat Veneridæ, in qua turpitudinem erat, non tantum omnis licetia, sed et honor. Vide cap. 6, in fine. Inne Corinthiae erant impudentes, apertis vultu, oculis, et capite incidentes, suamque formam ostentantes. Et quia hic mos erat patrius et Corinthi decens habebatur, hinc et christiane eum quasi patrium, sibi retinendem putabant. Sed D. Paulus virgō et puritatem amator, qui Corintiorum scortationes tam acriter in cap. 6 insectatus est; hunc morem, impunitas fructum et radicem, penitus amputat; velamen impendo mulieribus.

Notandum 5° quod circa viros, varius fuerit mos, in variis regionibus et temporibus; et uniuersique consuetudini sua non deerat ratio. Apud Judos, sacerdotes et levite in templo erant tecto capite. Vide Exod. 28, 57; Ezechiel. 44, 18, fortè quia tunc omnia tecta et obscura. Grotius variis citationibus hic probat, quod Graci, aperto capite, sacra pergebant; idque, ut indicant quod palam, sine metu et pudore Deo

sus sit: Non sola tenetis memoriæ, quæ vobis servanda tradi et præcepi, id est, traditiones, instituta, præcepta; verum ipso opere ea præstatis.

VERS. 3, 4, 5. — VOLO AUTEM VOS SCIRE.... OMNIS VIR ORANS AUT PROPHETANS VELATO CAPITE... OMNIS AUTEM MULIER ORANS, etc. Prophetans enim hic non sumitur propriè, ut idem sit quod prophetam proloquens aut explicans; sed impripiè, idemque est, quod sacri hymnis et psalms Deum laudans, cosicque Deo decan-

servient. Theodoretus tamen Græcus dicit, quod christiani, Greco more, et comas habeant, et opera capita habentes, Deum orabant. Idem ait Theophylactus. ENeas in Italiam intulit morem sacra faciendo tecto et velato capite; ut Virgil, ENeid. 3, docet, sive, ne quod malum omni oculis aut auribus obveniret; sive, ut Plutarchus à Fromondo citatus, ait, ut se humiliaret et subjectionem suam ad Deum testarentur. Quidquid sit de nationum moribus; audiuntur sanctum Paulum, apostolicâ auctoritate, quid apud nos facendum sit, statuente.

VOLO AUTEM VOS SCIRE... id est, sed præterea vos scire velim, quod OMNIS VIR CAPIT, id est, dominus, superior et rector EST CHRISTUS. Est etiam mulieris caput, sed per virum.

MULIERES AUTEM CAPUT, dominus, superior et rector EST VIR. Intellige de omni muliere, seu de toto femineo sexu, secundum ordinem naturæ.

CAPUT VERO CARNIS DEUS. Quod intellige de Christo homine. Sicut enim Pater ipso major est, ita et illius Dominus est. Ad stabilendum quod sequitur in v. 4 et 5, supponit hic quasi principium, quod vir si omnis mulieris caput et dominus; sicut Christus dominus est omnis viri caput; addit autem quod Christi caput est Deus, ut fontem omnis superioritatis ostendat. Ex hoc principio inferit in sequentibus quod omnis vir orans, aut prophetans publicè, debet aperto esse capite, qui liber et dominus est. Mulier verò orans aut prophetans publicè, debet esse operto capite, quia naturaliter subdita. Apud antiquos, nuditas et aperto capitis, signum erat libertatis; velamen autem erat symbolum subjectionis: et secundum has opiniones tunc receptas, hic loquitur. D. Paulus: nunc enim aperto capite loqui, signum est subjectionis, ut notat Tirinus. Noster ergo mos nudandi et aperiendi capita in signum reverentiae, erat tunc incognitus Græcis et Italis.

VERS. 4. — OMNIS VIR ORANS AUT PROPHETANS... Tunc nondum erat introductus mos decantandi psalmos, sed in convenientibus publicis oratio ab uno publice fiebat pro omnibus; sacra Scriptura legebatur et exponebatur. Vide cap. 14, v. 25, etc. Id autem, apud Corinthios, viri velato capite præstabant: quibus, iuxta principium supra positum, sese opponit Apostolus, dicens:

OMNIS VIR ORANS publicè, aut prophetiam legens et explicans, vel quidvis aliud ex Scripturâ, si caput suum velet; DETURPAT ILLE, id est, afficit dedecore: quia tegit ille, quasi servile foret. Caput tegere est potestatem capitii imponere; nam capitii tegumentum est dominatoris vice, signumque subjectionis, ait Theophylactus. Tales ergo viri deturpat caput suum,

tans. Sic propheta pro cantore capitur, Paralip. 25; 1 Reg. 10. Si Saul dicitur luisse inter prophetas, id est, inter cantores, Dei laudes canentes. DETURPAT, id est, decorat, profiro affectu caput suum. Quasi dicit: Si non velet se mulier in templo, facit contra naturalem honestatem et verecundiam illi inditam à Deo. Unum enim est, perinde est, æquum turpe est mulier, si non veletur, ac si decalvatur.

long. 10, 100. Deinde ratione sunt 370. — 101. Ita.

id est, submetipsi faciunt injuriam, quia liberi cùm sint et domini, sese tegunt quasi servi et alteri subditos; sicutque sive derogant præcellentia. Aliqui volunt id intelligi de capite morali, Christo Domino, de quo in versu precedentem, quasi Christus Dominus injuria afficiatur hoc facto; sed ipsa textus in versu sequenti, ubi de mulieribus, indicat quod de naturali capite debet intelligi, eo, quo dictum est, modo.

VERS. 5. — OMNIS AUTEM MULIER.... Erant tune et mulieres prophetantes, ut filia Philippi, de quibus Act. 21, 9, et aliae, de quibus predixit Joel. 2, 28; id autem mulier aperto capite faciens, submetipsi facit injuriam, sese afficit ignominia. Quia perinde est ac si DECALVATUR. Seu hoc illi æquum turpe est, ac si rasa et decalvata appareret, quod sane mulieribus prohibetur.

VERS. 6. — NAM SI NON VELATOR MULIER. Græc., etiam tondatur. Si enim velamen illud abjectum quod modestia suggestit, abjectum et illud quod natura dedit. Supponit quod capillatum longius et copiosius datum est mulieri, quasi quoddam naturale velamen, quod eam doceat, sese præ modestia velare; ita ut primum capillorum velum, sì quasi initium secundi velaminis, scilicet, modestia: unde infert: Si hoc ergo secundum abjectum, abjectum et primum.

SI VERO TURPE EST.... Quod si dedecorum est tonderi et radi mulierem, velamen ergo non abjectum. Ut capitis decalvatio, sic capitis detecio, ait D. Athanasius. Quo fit, ut si capitis operimentum sustulerit mulier, et similis ei appareat, quæ comam detraxerit. Modestia est mulieris decus. Itaque sese prohro afficit, ubi modestiam abjectum. Hanc ergo servet ubique, ac præseruat in ecclesiâ, in publicis pœnitentiis convenientibus. Si mulierem non velatam Paulus consideret ut decalvata et rasam, quibus oculis intueretur scandalos quarundam nostrarum nuditatis? Quibus extumperit viris theatrica mulierum ornamenta, quæ usque ad aras deferunt? Ehen! quasi saltatrices et comicæ ecclesiæ ingreduntur, minus supplicatione, quam Deo ipsi insultantur.

VERS. 7. — VIR QUIDEM NON DEBET VELARE..... QUONIAM.... Quid ratione probat quod jam assentit. Vir est imago gloriae Dei; seu divino Majestatis effigientia et irradiatio: suo scilicet in alias creaturas, etiam in mulierum imperio. Est quippe Dei vicarius, et Dei vice dominus creaturarum. Ergo velari non debet, non tantum quia velamen hoc sua præjudicari precentia, sed etiam quia Dei gloria non est occultanda, immo manifestanda. Non agitur hic de imagine Dei ratione anime, quia ut sic, mulier est etiam imago Dei.

VERS. 6, 7. — NAM SI NON VELATOR MULIER, tondatur, id est, etiam tondatur: quia præ est turpitudine. Si vero turpe est mulieri tonderi... Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam imago et gloria Dei est. Dicit hic Apostolus, quod vir sit Dei imago et gloria, id est, imago glorie vel gloria, in qua scilicet maximè cluet Dei majestas et imperium. Est enim vir in supremo rerum gradu collocatus in hoc mundo, et tantum secundarius aliquis Deus, domi-

MULIER AUTEM GLORIA VIRI EST. Ergo velari debet.  
VERS. 8. — NON ENIM VIR EX MULIERE.... Probat mulierem esse gloriam viri. 1<sup>o</sup> Quia ex Genes. 2, v. 21, mulier facta est ex viro, siveque vir est mulieris principium ex quo.

VERS. 9. — ETENIM NON EST CREATUS VIR.... 2<sup>o</sup> Quia ibidem dicit facta similis viro, facta in adjutorium viri, siveque propter virum, scilicet, in adjutorium, tam ad societatem, tum ad prolixi generationem. Ratiocinare ex dictis: *Mulier ex viro sumpta est, et propter virum facta est.* Ergo vir mulieris est principium ex quo, et mulieris finis. Ergo cum quadrata proportione mulier est à viro, sicut vir à Deo; et propter virum, sicut ipse propter Deum. Ergo *mulier gloria viri*, sicut via gloria Dei. Mulier est quedam vix extensio et communicatio, ejusque gloria. Ergo velanda, tum ut hoc subjectionis signo virum suum, principium et finem honoret; tum quia occultanda gloria viri, præseruit ubi Deus honorandus. Et hoc est D. Pauli conclusio in versu sequenti.

VERS. 10. — IDEO, DEBET MULIER POTESTATEM..., id est, velum, quod signum est potestatis viri in uxorem. Per metonymiam datur signo nomen rei significare; velum significat potestatem viri in uxorem. Hinc illud vocat potestatem.

Ideo, propter superioris dicta, tenetor mulier velamen, quod est illius subjectionis symbolum, et potestatis viri in illam signum, supra caput habere.

PROPTER ANGELOS, qui, scilicet, nostris adstant convenientibus, ut nostris præsint orationibus. Et haec angelorum presenta, nova ratio est mulierum pudoris et modestiae; ne, videlicet, angeli sint earum impudentes testes, accusatores, et vindices. S. Anselmus et D. Thomas per angelos intelligunt etiam sacerdotes et episcopos; inq. Clemens Alexandrinus intelligit quosvis viros pios et probos; ne, scilicet, eos ad turpia provocaret. Hinc vult mulieres toto vultu velari. Parant ergo terrenorum angelorum puritatem: timeant angelorum coelestium vindictam.

VERS. 11. — VERENTAMEN NEQUE VIR (gignitur) SINE MULIERE, NEQUE MULIER SINE VIRO. Sed unus ab altero dependet in DOMINO; sic volente, vel per Dominum, rerum omnium auctorem et ordinatorem. Vide paraph.

VERS. 12. — NAM SICUT DE VIRO MULIER... Nam sicut

nans omnibus. *Mulier autem gloria viri est*, id est, mulier facta est ad gloriam viri ex viro, velut eius officium et imago: unde illi subjecta est, et in si- gnum subjectionis velanda.

VERS. 8. *Non enim vir ex muliere est*, etc. Mulier ex viro formata est, non contra; et proinde mulier est gloria viri, id est, ea res in qua tanquam in pulchro opere ex se formata, vir merito gloriatur.

VERS. 9. — *Etenim...*, sed mulier prout virum, ut scilicet esset viro in adjutorium, ad vite societatem, et prolis propagationem.

Vers. 10. — *Ideo debet mulier potestatem habere super caput.* Potestas significat hic autoritatem, ius, imperium, principatum, non ipsius mulieris, sed viri in mulierem. Aliud enim in Gen. 5: *Sub viri potestate eris, et ipsa dominabitur tui.*

Propter angelos: ad littaram sensus est, mulieres

olim mulier ex viro prodili; ita et nunc vir ex muliere nascitur: *OMNIA AUTEM A DEO*, id est, et haec à Deo, primā causā, rerum vires sic ordinante; ut mutus sit dependens et mutus amor. Deum ergo rerum auctorem adorant uteque: illius ordini subjaceant: sese diligentes adjuvent: cum affectu mulier obediatur: cum charitate præstet et regat vir.

#### Observatio moralis.

Ordo Dei, seu à Deo prescriptus, Deum honorat; et se observantes ducit ad Deum. Vir itaque Deum honorabit, atque semetipsam sanctificabit, si ratione mulieri præsit; si religione, obedientiam à muliere sibi præsedit, ad Deum referat; si sit Dei fidelis imago, omnia ad prototypum referens. Mulier Deum honorabit et semetipsam sanctificabit, si propter Deum viro sui sit obediens, illum reveretur, ut imaginem Dei, illum adiuvet; illique serviat cum affectu. Secūs autem erit, si vir mulieri passionem mancipetur, si ratione et religione non dominetur; si eam, quasi mancipium, regat imperiosus; si mulier viro non subdatur, sed vellet dominari, et Deus offendatur, et uteque culpabatur. Ut hie ordo Dei servetur, tria notent capita, hie à D. Paulo, v. 2, exhibita: *Deus omnis superioritas fons, caput est Christi; Christus, hominum redemptor, caput est viri; vir, mulieris principium et finis, illius est caput.* Sicut ergo Christus Deo subdūt, ut sue viue et potestatis principio, sic et vir Christo subdatur, ut Domino, qui redemit, liberavit et salvavit; sic et uxor marito subdatur ut suo principio, fini et capiti. Et quia Deus omnis potestatis principium est et finis, hanc conjugis sue reverentiam et submissionem vir referat ad Deum; sūaque potestate utatur ad Dei gloriam et ad sue conjugis utilitatem temporaliter et aeternam salutem.

VERS. 13. — VOS IPSI JUDICATE... Post allatas à me rationes, vos ipsi nunc judecate, an deceat mulierem non velatam in publicis cœtibus orare, contra ipsius nature dicatam.

VERS. 14. — NEC IPSA NATURA DOCET VOS... Graec, an nec ipsa, etc., etc., *nomine ipsa natura*, etc., intellige, communis sensus, usus ubique receptus, dictamen naturæ, docet vos quid viro sit probro, si feminarum more, sit comatus. Hoc enim molli animi argumentum est. Intellige de uro apud gentes maximè cultas recepto, v. g., Græcos, Romanos. Etenim plere habere velanem super caput ab reverentiam angelorum, quia mulieres angelos testes habent honesti pudoris, aut impudentie, item obediencie, et inobedientie sue. Ita Chrysostom, Theophil, Theodor, Thom., Anselmus.

VERS. 11. — *Verentamen neque vir sine muliere,* etc. Alter enim alterius, utpote conjugis, ope indiget, idque in Domino, id est, Domino illa volente et disponente.

VERS. 12. — *Nam sicut mulier prima, Eva, de viro* formata est, *ita et vir per mulierem conceperit, formatur, nascitur, propagatur.* *Omnia autem ex Deo*, sunt, ordinantur, et disponuntur.

VERS. 13. — *Vos ipsi judicete, apud vos ipsos judicete:* id est, in quo quisque animo astem quod dico.

*Decet mulierem non velatam orare Deum?* quasi dicit: Minime.

VERS. 14, 15. — *Nec ipsa natura docet vos, id quod*

rique barbari tunc temporis erant comati, v. g., Galli, Germani, Hispani, Britanni, etc.

VERS. 15. — *Mulier vero si comam nutrit...* E contra mulieri decus accedit, si comata sit, quia coma pro velamine data est ei, ut est in Graeco. Capillitum longum et copiosum à natura mulieri datum est, quasi naturale velamen.

VERS. 16. — *Si quis autem videtur esse contentious...* Syr., ceterum si quis contendat adversum hunc, id est, si quis contraria sententiam contentiosus tueatur, nolim contra hujusmodi rixari, modo sciat nee nostrum esse morem, nec Ecclesiæ consuetudinem, quasi dicere: Oppono synagone consuetudinem, oppono Ecclesiæ morem, ibique sisto. Alli per nos intelligunt apostolos; quasi dicere: Nos apostoli talen consuetudinem, mulieres scilicet in Ecclesiæ aperio capite tolerandi, non habemus; neque Ecclesiæ Dei, ibique terram diffusa, hoc in suis convenientibus tolerat. Hinc Grotius ait: *Duabus securibus disputationis amputat, apostolico instituto et Ecclesiæ consuetudine.* Revera apostolorum instans et Ecclesiæ consuetudine obsistere, est disputare non veritatis, sed vanitatis et victorie studio; *gloriatur, amator victoriae, contentious.* Duabus in securibus multas ab hereticis intentatas disputationes amputare possumus.

VERS. 17. — *HOC AUTEM PRECIPPIO NON LAUDANS...* Graec, *hoc autem ammuntans, non laudo, etc.* Syr., *hoc autem quod precepsio, non tanquam vos laudans, quia non progressi estis, sed in detrimentum descendistis.* Aliquid hoc referunt ad superius dicta de velandis mulieribus; sieque interpretantur: *Hoc*, scilicet mulierem velato capite orare, *viram aperio*, precepsio, inter rim non laudo quod non in melius.... Alii vero probabiliter ad jamjam dicenda de Agapis, explicantque ut statim videbatur. Sed omnes convenient quid est hoc versus transeat Apostolus ad aliud malum reformatum, et quidem priore pejus. Quod ut melius intelligas,

#### Notandum ad intelligentiam.

Observa quid primis illis Ecclesiæ temporibus, fideles, statutis diebus præsertim verò dominicis, conveniebant in ecclesiæ, sacrosanctæ Eucharistie Sacramentum percepti. Ibi ergo congregati, ut perfectius representarent ultimum cœnam, post quam Dominus noster Jesus Christus, proprium corpus suum, discipulis suis dedit manducandum, et sanguinem potandum; primò commune omnibus ex aquo pauperibus et dixitibus faciebant convivium; deinde ad sanctissimam Eucharistiam accedebant. Supponitur hie quod infra, v. 20, ex ipso textu probatur, Agapæ priores fuisse sacratissime Eucharistie perceptionem. Hæc convivia, ob communem omnium charitatis præcedit, scilicet decere mulierem non velatam orare, sed potius ejus contrarium, scilicet id quod sequitur: *quod vir quidem si comam nutrit...* *Mulier vero si comam nutrit, etc.*

VERS. 16. — *Si quis autem videtur contentious esse, etc.* Contentiosus, ut scilicet contendat, non veritatis, sed glorie et victorie studio, feminas chri-

stianas velandas non esse cum in templo orant, sed pristinum genitium morem, et auditum retinere dohere.

VERS. 17. — *Hoc autem precepsio, etc., q. d.*: Hoc de velandis mulieribus ita precepsio, ut interior vos non laudem in eo quod sequitur, scilicet, *quod non in melius, sed in deterioris convenientis*, id est, otio non ad

notitiam. Bene notat hic D. Thomas, quid omne animal gregale naturali instinctu convenit, ut sit eis bonum aliquod corpore. Hinc, inquit, homo, animal sociale, et secundum rationem agens, convenit in unum, ut sit ei melius aliquod temporale; v. g., in unitate civitatis conveniunt homines, proper securitatem et sufficientiam vitae; et ideo fideles in unum convenire debent propter aliquod melius spirituale. Conventus ergo fideliū instituti sunt ad melius bonum spirituale, v. g., ad majorum inter se unionem, et ad melius Deo servendum. Quo positio hac est mens Apostoli: His convenientibus vestris progrederi et ad virtutem pergere debueratis; et contra retrogressum estis a virtute ad vitium. His corporis coelitus, mentes et corda vestra magis ac magis uniri debebant; et contra mente et cor divide diuersi estis. Ilis Agapis charitas inter vos vehementer accendi debuit, et contra refriguit. Sinceræ et ardentí charitatis accessi et uniti, debuistis ad sanctissimam Eucharistianam unitatis symbolum et vera charitatis fornacem accedere velut igniti: è contra frigidis, invidi, malevoli, acceditis ad amorem amorem, sicut indigne et ad vestram perniciem communicatis. Et hæc sunt convenientia vestrorum vitæ, quae ne laudo, nec laudare volo, sed in que acriter invenior. Scilicet scissura, ingluies, pauperum negligitus, male communiones.

Observatio moralis.

Eheu! à quo et à quanto tempore, ex bono malum oritur; et inde pejus nascitur, unde melius expectabatur! Hoc in ipsis etiam sanctitatis temporibus configit. Quoties et apud nos, sicut apud antiquos, refrigerit stianas velandas non esse cum in templo orant, sed pristinum genitium morem, et auditum retinere dohere.

VERS. 17. — *Hoc autem precepsio, etc., q. d.*: Hoc de velandis mulieribus ita precepsio, ut interior vos non laudem in eo quod sequitur, scilicet, *quod non in melius, sed in deterioris convenientis*, id est, otio non ad

charitas ubi vehementer accendi debuit! quoties res sancte et sancti instituti abierunt in abusum! quoties ibi nata sunt zizania, ubi expectabatur triticum! *Inimicus homo hoc fecit, facit et faciet.* Et hoc video, ô Deus bone, qui malum odisti! et hoc permittis, ô Deus omnipotens, qui malum omnne potes impetrare! Imò permittis quia bonus et patiens es, et multe misericordiae; et peccatores tui, et ad pontificem expectas. Imò permittis, quia omnipotens es, et ex malo, vales elicere bonum, et ex deteriori malo, magis bonum elicere; et ex pessimo optimum. Quid ergo faciat homo christianus hos humanae societatis defectus intuens? Si sit prelatus; eos corrigit, in eos inveniatur, Dei zelo ducens, sicut apostolus Paulus. Si sit subditus, eos cum charitate et patientia toleret, divinam adorans providentiam, que etiam de peccatis ordinat, et ex omnibus novit aliquid elicere bonum. Adore te, ô Deus bone, qui malum permittis! adoro te, ô Deus omnipotens, qui ex ipso malo bonum elicias, et de peccatis etiam ordinas ad tuum gloriam! Da mihi malum ita tollere, ut nunquam malo consentiam.

VERS. 18. — PRIMUM QUIDEM CONVENIENTIBUS... AUDIO SCISSURAS... Corrigit 1<sup>o</sup> animorum dissensionem, aliorum defectum causam. Ac primò quidem, contra finem conventum, qui ad majorem animorum unionem instituti sunt, audio, quod cum in unum locum conveniunt corpore, scissure sunt et animorum dissidia inter vos. Græc., schismata. Non exprimit ob quid dissidentur, sed ex precedentibus, et ex sequentibus colligi potest. In precedentibus visum est, quod ob magistris erant divisi. Hinc, ut Gagniens referat ex quibusdam Græcis, non in communem mensam Christi corpus et sanguinem sumebant, sed privatim, prout varie erant secte. In sequentibus videbatur, quod pauperes a divitiis spernerebant, et ab illorum convivis arcebant. Hinc rursus divisio et scissura.

ET EX PARTE CREDO. Græc., partem aliquam credo, scilicet eorum que mihi de vobis dicuntur.

VERS. 19. — NAM OPORET ET HERESSES ESSE.... Græc., et in vobis hereses esse. Vide paraphrasim. Græci per hereses intelligunt hanc dissensionem in moribus, sicut et per schismata; sed melius Latinus intelligunt scissuras in fide, seu falsas opiniones circa dogmata. Ita ut D. Paulus argumentetur à majori: Oportet et hereses esse inter nos, quod schismate peccus est; quidni credam ergo esse schismata?

utilitatem et profectum spirituale, sicut oportebat, convenit in Ecclesiis, sed magis ad spirituale determinatum.

